Vestra mens in alto sita
nec in morte nec in vita
dereliquid cesarem.
Sacrum corpus vos habetis:
tumbam ei fabricetis
cunctis tumbis imparem,
In figuris et picturis
et diversis celaturis
universis disparem!

42. O vos cives generosi
et in cunctis gloriosi,
vestra crescit gloria.
Semper crevit nec decrevit
. . . .

43. . . . .
. . . . egregie.
Habuistis et habetis
et ad cesares tenetis
cor misericordie.
Inter probos et honestos,
inter pios et modestos
vos estis primicie.

44. O virum laudabilem,
dulcem et affabilem
nec labore victum,
Virum ineffabilem,
in inceptis stabilem,
semen benedictum,
Qui post vitam labilem
et parum durabilem,
gaudium post pictum,
Ad desiderabilem
tendit et mirabilem
mundi post conflictum.

---

edierten Rhythmus n. 40, S. 130 placens Placentia, bonorum Bononia; *S. 131* O Pisani . . socii Pilati, *u. ä.*

42, 5—12 *und* 43, 1—5/6 *sind abgeschnitten* A 43, 8 Caesarem *änderte* DREVES 44, 1 uiarum A 44, 3f. *Sulpic. Sev. ep. III, 14* o virum ineffabilem, nec labore victum 44, 6 *vgl. 'Versus de Heinrico imp.' (a. a. O. S. 591) 16* semen Chanaan celebratum 44, 10f. desiderabile . . mirabile DREVES: *zu ergänzen ist aber* vitam